



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 48. Schismaticorum conatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. Imperatoris malam fidem liberrime re-
A C 476. prehendit.

§. XLVIII.

Schismaticorum Conatus.

Evagr. III. c. 6. Interea Timotheus Elurus in itinere Ale-
xandriam Ephesi substitit, & Synodum

Id. c. 5. Episcoporum Asiæ, sibi ex asse addicto-
rum, coagit. Illi, cum scirent, quantum

Constantinopoli Basilicus urgeretur, ut
epistolam suam Encyclicam retractaret,
miserunt Libellum supplicem, in quo
querebantur, se a Fidei inimicis, id est,
Catholicis, falso insimulari, quod metu
cogente subscriptissent, & exhortabantur,
ut, si inconstantia Notam vellet effuge-
re, nihil novi promulgari juberet. In
hoc Schismaticorum Concilio Paulus,

Episcopus Ephesinus, qui fuerat deposi-
tus, restitutus est, & redditæ Ecclesiæ
Ephesinæ Dignitas Patriarchalis, qua ab-
lata eam Concilium Calcedonense Eccle-
siæ Constantinopolitanæ subjecerat.

Timotheus Elurus ubi confecto itine-
re Alexandriam pervenit, omnes ad se
venientes Concilium Calcedonense ana-
thematisare cogebat. Non nulli tamen
ab ipsis partibus defecerunt, & inter
alios Theodotus, Episcopus Joppensis,
quem Anti-Episcopus Jerosolymitanus
Theodosius ordinaverat. Scilicet Timo-
theus, etiamsi Concilio Calcedonensi esset
infen-

infensissimus, tamen Eutychis errorem Sæculum V.
damnabat. Hinc etiam ipso adhucdum A. C. 476.
Constantinopoli morante, cum Monachi
Eutychiani ad eum convolarent, rati, se
per epistolam Circularem Basilisci causa
viciose, stupentibus demonstravit; *Car-*
nem Verbi Incarnati esse nostræ consub-
stantialem, ipsumque cum Patre secundum
Divinitatem ejusdem esse Substantiæ. Mo-
nachi attoniti recesserunt. Timotheus *Theoph. Chr.*
Solo faciole, comperto Eluri adventu, se- p. 104.
cessit ad Monasteria Canopi; illorum
enim Disciplinæ olim adsueverat. Huic,
cum amaretur ab omnibus, nihil mali Elu-
rus inferre valuit.

Petrus Fullo quoque, jubente Impera- Theod. Lett.
tore Basilisco, Antiochiam reversus, Se- p. 556.
dem vacantem invenit, nam Julianus, Theoph. Ch.
Episcopus Catholicus, tantam Ecclesiæ p. 104.
calamitatem non ferens, ex animi dolo-
re obierat. Petrus multos anathemate
percutere, & turbas excitare cœpit pro-
pter verba, a se ad *Trisagion* addita.
Episcopum Apamiensem ordinavit quem-
dam, nomine Joannem, in aliquo Conci-
lio antea depositum; cum vero populus
Apamensis virum damnatum recipere
noluisset, Joannes rediit Antiochiam, ubi
ipsum Petrum, Patronum suum, supplan-
tavit.

Tanti Schismaticorum motus Gela-
fio Cyziceno ansam præbuere, ut Histo-
riam
I i 5

Sæculum V. riam Concilii Niceni scribere in animum
 A.C. 476. induceret. Is filius Presbyteri Ecclesie
Gelas. præf. Cyzicenæ, veterem librum in membrana
 ta. 2. Conc. descriptum, omnia, quæ in Concilio Ni-
 p. 106. ceno acta fuerant, continentem, in domo

Patris sui vidit. Hujus Libri Dominus
 quondam Dalmacius, ejusdem urbis
 Episcopus, fuerat. Historiam istam le-
 gere Gelasio annis puerilibus perjucun-
 dum fuerat, & quia omnia memoria re-
 tinere non valebat, quædam calamo no-
 taverat. Cum sequenti tempore exortæ
 essent Disceptationes cum Eutychianis,
 qui, favente Basilisco, sub specie defen-
 dendi Concilii Niceni, Concilium Calce-
 donense oppugnabant, deprehendit Ge-
 lasius, Eutychianos Synodi Nicenæ Do-
 ctrinam ignorare, & de rebus disputare,
 quas non intelligerent. Ergo hujus Sy-
 nodi Historiam litteris mandare statuit,
 & præter proprias Annotationes, etiam
 Scripta antiqua cujusdam Presbyteri, no-
 mine Joannis, item multa ex aliis, præ-
 fertim ex Eusebio, & Rufino, collegit.
 Ita Historiam dicti Concilii conscripsit,
 in tres Libros divisam; optima & since-
 ra ex Eusebio, Socrate, Sozomeno, &
 Theodoreto excerpta, reliqua omnia
 suspecta sunt, & modicam iudicij vim
 Scriptoris produnt.

§. XLIX.